

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis  
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

**Gretser, Jacob**

**Ingolstadii, 1611**

III. Qualiter post obitum Iuditæ sororis Imperatoris ad ipsius Curiam  
venerit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41527**

regrinorum illic construxit; hocque primum sua devotionis munus de thesauro bona voluntatis Christo obtulit. Sic bona arbor fructum plurimum germinatura in florem erupit, & quasi primicias agri sui ad altare veri sacerdotis detulit, ut cētu plumb in hoc seculo, & futuro vitam aeternam reciperet. Bo. Matth. 19. num planè initium, quod finis est optimus subsecutus.

*Qualiter S. Otto post obitum Iudita & sororis  
Henrici IV. Ratisbonam demum ad  
Curiam Imperatoris venerit.*

## CAPVT TERTIVM.

**P**ost obitum ergo venerabilis Dominae Iuditz, ad Ebbo. Teutonicas reuersus regiones, Ratisbonā adiit; Redit in Germaniam. vbi Canonicis in seruitio Christi adhaerens reue- rendi habitus modestia ac probabilis vita disci- plina cunctis amori & exemplo fuit. Illo tempore Abbatissa de: \* in inferiori monasterio magna opinio[n]is, vt pote neptis Henrici Imperatoris, & Virtutum operatrix habebatur; qua[us] Niderimus sic. cernens personae & morum eius elegantiam, audiensque ma- gni consilij virum, sine mora eum aduocans, vt alterum Io- seph rerum suarum totiusque domus dispensatorem consti- tuit: at ille solita grauitate & industria fidelis grauitate gubernabat omnia.

Interea Henricus Imperator quoddam de Principalibus festis Ratisbona celebraturus, ad neptem suam Abbatissam diuertit: in cuius obsequio videns tantæ au[er]oritatis & reue- rentia virum, mirari ac delectari ceperit sagacitate animi eius; conuersusque ad cognatam, ait; Opportunum est, soror, cun- quis in hoc festo amicis suis soliantibus, & te mihi aliquod charitatis obsequium ob consanguinitatis vinculum impen- dere. Qua humiliter respondente; iube quod vis, Domine, mi- tissa S. Otheg. Rex, non enim fas est, vt auertam faciem tuam. Imperator nem. subiunxit. Nihil aliud peto, nisi Capellanum tuum, Domi-

num

num Ottonem, spiritu sapientiae plenum. Talem enim virum  
Respublica nostra habet necessarium. Quo audito, Abbatissa,  
licet fidelissimi sui auriculari juxgrè ferret abscessum, Impera-  
toriae tamen maiestati contraire non potuit. Et aduocans eum,  
debitasq; ministerij sui gratias exsolvens, non sine lacrymis  
pium amorem testantibus, Principi assignauit.

*S. Otto adscitur in An-*  
*lam Imp.*

\* *Aulam.*

\* *Secretarium.*

*Fecit Cancella-*

*rius.*

Asumptus itaque, Dei nutu, in \* curtem regiam vir  
tutius industriae & religionis, ita sibi prudentissimum Impera-  
torem nobilitate morum & fidei pietate deuinxit, vt eum  
quasi unicum amplectens filium \* Secretalem intimum &  
custodem capitis sui poneret cunctis diebus. Nam & Cancel-  
larium eum fecit, & quæcunque preciosa, vel cariora in Palat-  
io habuit, eius fidei commisit. Hoc modo seruus Dei Vdal-  
ricus pium Ottonem in Curtem regiam accepisse ferebatur. A-  
lij vero dicunt, cum liberalibus imbutum disciplinis primò  
ad Abbatem VVurtzeburgensis Cenobij Henricum venisse,  
& post modicum, eundem Henricum, Dei nutu, in Polonia  
Archiepiscopatus apicem concendisse, cui ipsum fidelissimo  
adhæsisse famulatu testantur, & mirabili strenuitate ac sapi-  
entia in breui per totam regionem diuulgatum tam ab Archi-  
episcopo, quam à venerabili Iudita imperiali aulae assigna-  
tum.

*De constructione Spirensis Ecclesie; & qualis-*  
*ter Imperator eidem operi S. Otto-*  
*nem præfecerit.*

#### CAPUT QVARTVM.

*Ebo.*  
*Henr. Imp ad-*  
*scit Spirensi*  
*Ecclesiam.*



O tempore glorioissimus Imperator Henricus  
magnum illud, & admirabile Spirensis Ecclesie  
ædificium ob venerationem perpetuae Virginis  
MARIAE, cuius specialis alumnus fuit regali ma-  
gnificentia exstribebat. Sed Magistri operis fraudulenter, &  
suscitatore Dei agentes, magnam pecunia quantitatem suis  
vibus